Nos Carolus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Germanie Joanna eius mater & idem Carolus dei gracia Reges Castelle Aragonum Utriusque Sicilie Hierusalem etc.

Nos Petrus de Luna Comes de Morata dominus Varonie de Illueca Vixillifer maior locumtenens & Capitanus generalis pro dictis magestatibus In huiusmodi aragonum Regno Attendentes vos fidelem dictarum magestatum franciscum ybanyes oriundum loci de Huset predicti aragonum regni esse idoneum
et sufficientem ad tabellionatus officium exercendum Constito nobis prius de his que secundum forum nobum super creatione notariorum Calataiubij editum constare debent prestitoque prius per vos In cancelleria regia Juramento quod bene & legaliter vos habebitis In exercendo officio memorato Constituimus &
Creamus vos eundem franciscum ybanyes notarium publicum per totum aragonum regnum Tantum Itaque In universis & singulis terris & locis dicti regni possitis recipere & conficere testamenta codecilla acta attestaciones testium summas. Et quecumque alia Instrumenta quorum cumque contractuum fuerint et quas
libet alias scripturas authenticas & publicas et eas scribere & scribi facere per vos aut substitutum vel substitutos a vobis Juratos tamen de quibus siquidem prothocola sive capibrevia faciatis notularum ut eterne memorie Comendentur Nos enim ipsis testamentis codicillis Instrumentis actis & alijs scrip
turis publicis & autenticis per vos bene & legaliter conficiendis scribendis & scribi faciendis ut prehabetur authoritatem regiam Impendimus pariter & decretum itaque In Judicio & extra Judicium fides plenaria adhibeatur eisdem. Et omnimodam obtineant roboris firmitatem tamquam publi
ca manu factis dum tamen subscriptionem vestram & signum apposueritis. In eisdem Qua vos authoritate regia notarium In ipsis contractibus [illegible] tenea mini conficeri Mandantes per presentem cartham regiam universis & singulis officialibus regijs tam maioribus quam minoribus In dicto arago
num regno Constitutis & constituendis ipsorumque officialium et locatenentium quod vos dictum franciscum ybañes pro notario publico per totum regnum aragonum preditum habeant teneant reputent honorifficent atque tractent ad Instrumentis & Scripturis vestris publicas & authenticas adhibeant plenam fidem
In Cuius rei testimonium presentem fieri & expidiri Jussimus sigillo locumtenentie generalis In pendenti munitam Datum Cesarauguste die Nono mensis Aprilis anno anatiuitate domini Millessimo Quingentessimo Quadragessimo quarto Imperij Cesaree Magestatis anno vicessimo sexto Regnorum
autem regiorum videlicet regine castelle legionis Granate etc. anno quadragessimo Primo Navarre Tricessimo Aragonum vero utriusque sicilie hierusalem & aliorum vicessimo nono dicti vero domini regis omnium vicessimo nono / Hieronymus Diaz de Scoron Regens Cancellariam

Joannes Vaquer mandato Regio michi facto per
hieronimum diaz de Scoron Regentem Cancellariam
Qui hanc propria manu signavit & constito de eta
te et pratica Juxta forum examinatus fuit repertus
Idoneus et sufficiens /

In notariorum locumtenentie
A. p. ff. LXXXVIII.

L5

Notaria para Franisco y bany el natural
del lugar de Suset por todo Aragon es